

# Universitätsbibliothek Wuppertal

**M. Tullii Ciceronis Opera Omnia**

**Cicero, Marcus Tullius**

**Basileæ, MDCLXXXII**

De provinciis consularibus

---

**Nutzungsrichtlinien** Das dem PDF-Dokument zugrunde liegende Digitalisat kann unter Beachtung des Lizenz-/Rechtehinweises genutzt werden. Informationen zum Lizenz-/Rechtehinweis finden Sie in der Titelaufnahme unter dem untenstehenden URN.  
Bei Nutzung des Digitalisats bitten wir um eine vollständige Quellenangabe, inklusive Nennung der Universitätsbibliothek Wuppertal als Quelle sowie einer Angabe des URN.

[urn:nbn:de:hbz:468-1-1133](http://urn:nbn:de:hbz:468-1-1133)

contempsisse, aut adolescentiam plenam spei maximam, non modo non aliisque vos, sed etiam perculisse, atque affixisse videamini. Quem si vobis, si suis, si reip. conservatis, addi-

stum deditum obstrictum vobis, ac liberis vestris habebitis; omniumque hujus nervorum, ac laborum vos posissimum, judices fructus uberes, diuturnosque capietis.

# M. TULLIUS CICERO DE

## PROVINCIIS CONSULARIBUS. ORATIO TRICESIMA QUINTA.

### SYNOPSIS.

*¶ Suadet Cicero, ex Senatusconsulto, quod saeculum esset anno urbis 667. provincias Consulares, Synam & Macedoniam, futuri Consulibus decerni: Galliam Cesares non adiunxerunt, atque post Pisoni Macedonia detraha, quam Cledius tribunus plebi ei decreverat.*

**S**i quis vestrum, P.C. exspectat, quas sum provincias decreturus, consideret ipse secum, qui mihi homines ex provinciis potissimum detrahendi sint: non dubitabit, quid me sentire conveniat, cum, quid mihi sentire necesse sit, cogitant. Ac, si princeps eam sententiam dicere iaudaretis profecto. Si solus, certe ignoraretis, etiam si paulo minus utilis vobis sententia videtur: veniam tamen aliquam doloris meo tribueretis. Nunquid P.C. non parvus afficior voluntate, vel quod hoc maximè reip. conductit, Syriam, Macedoniamque decerni, ut dolor meus nihil à communis utilitate distentat: vel quod habeo auctorem P. Servilium, qui ante me sententiam dixit, virum clarissimum, & eum in universum tempum etiam erga mea salutem, si de, ac benevolenta singulari. Quod si ille & paullo antea, & quotiescumque ei locus dicendi, ac potestas fuit, Gabinium, & Pilonem, duo resp. portenta, ac panem funera, cum propter alias causas, tum maxime propter illud insigne scelus eorum, & impotiam in me crudelitatem, non solum sententia sua, sed etiam verborum gravitatem esse notandos putavit: quoniam me animo in eos esse oportet, cujus illi salutem pro pignore tradiderunt: ad expiandas suas cupiditates? Sed ego in hac sententia dicenda non parebo dolori meo nec iracundia serviam: quo animo unusquisque, vestrum debet esse in illis, hoc ero: praecipuum illum, & proprium sensum doloris mei, quem tamen vos communem semper vobis mecum esse auxilis, à sententiā discorda amovebo: ad uliscendū tempora reservabo. Quatuor sunt provincie, P.C. de quibus adhuc intelligo sententias esse dictas: Gallia duæ, quas hoc tempore uno imperio videmus esse coniunctas: & Syria, & Macedonia: quas vobis invitis & oppressis, peccati illi consules pro eversis reip. præmias occupaverunt. Decernenda nobis sunt lege Sempronius duæ: quid est, quod possumus de Syria, Macedoniaq; dubitare? Mitto, quod casus ita partas habent illi, qui nunc obtinuerint, ut non antea attigerint, quām hanc ordinem condemnarent: quām fidem publicam, quām perpetuam populi Romani salutem, quām me, ac meos omnes fedissimè, crudelissimeq; vexarint. Omnia domescit illa, atq; urbana mitto: quæ tanta sunt, ut numquam Hannibal huius urbi tantum malum optarit, quantum illi efficerint. Ad ipsas venio provincias, quarum Macedonia, quæ erat antea munita plurimorum imperatorum non turribus, sed tropis,

quæ multis victoriis erat jam dū, triumphisq; pacata, sic à Barbaris, quibus est, propria avantiam, pax erupta, venatur, ut Thessalonicenses, politi in gremio imperii nostri, relinqueret oppidum, & ut ictum munire cogantur: ut via illa nostra, quæ per Macedoniam est usq; ad Hellēponum militaris, non solum excusationibus Barbarorum sit infesta, sed etiam castris Thracis distincta, & notata. Ita gentes ex ea, quæ ut pace uterentur, vim argenti déderant praetario nostro imperatori: ut exhaustas domos replere possent, pro omnia pace bellum nobis propè justum insulerunt. Jam verò exercitus ille noster superbissimo delectu, & durissima conquisitione collectus, omnis interit. Magno hoc dico cum dolore, miserandum in modum milites populi Romani, necati, deseriti, dissipati sunt, incuria, fame, morbo, vastritate consumi: ut, quod est indignissimum scelus imperatoris, in poena exercitus expeditum esse videatur. Atq; hanc Macedoniam, dominis jam gentibus finitimus, Barbarisq; compressa, pacataq; ipsam per se, & quietam, tenui praefidio, atq; exigua manu, etiam sine imperio, per legatos nomine ipso populi Romani tuebantur: quæ nunc consulari imperio, atq; exercitu ita vexata est, ut vix ut se possit diuturna pace recreare: cum interet, quis vestrum hoc non audivit, quis ignorat, Achaeos ingentem pecuniam pendere L. Pisoni quotannis vestigial, ac portorum Dyrrachiorum totum in hujus unius quæstum esse conversum: urbem Byzantiorum nobis, atq; huic imperio fidelissimam, hostilem in modum esse vexatam? quo ille, posteaquam nihil ex primis ab egentibus, nihil nulla vi a miseria extorquere potuit, cohortes in hyberna militibus præpoluit, quos putavit fore diligentissimos satellites sceleurum, ministros cupiditatum suarum. Omitto jurisdictionem in libera civitate contra leges, senatusq; consulta: eadem relinquo, libidines, præterea: quoniam acerbissimum existat indicium, & ad insignem memoriam turpitudinis, & panis ad iustum imperii odium quod constat, nobilissimas virgines se in puto abjecisse, & morte voluntaria & nefaria turpitudine depulisse. Nec haec idcirco omitto, quod non gravissima sint: sed quia nunc sine teste dico. Iam vero urbem Byzantiorum, sufficere refertissimam arque ornatissimam signis, quis ignorat? quæ illi exhausti sumtibus, bellisq; maxinois, cum Mithridatico imperio, totumque Pontum armatum, effervescentem in Asiam, atque et erumpentem, agere repulsi, & ceteris interclusum suis, sustinerent;

N. 3 n. 3

1. Ex provincia passim detrahendi sunt.) Lambinus publicavit tercilius suis, sed præter libros protectio, & inepit. sic iterum loquitur infra capite 8.

2. Ad expiandas suas cupiditates.) Coactus sum obedire omnibus antiquis cultis, & leprum Palli in quibus illibato scriptum, nisi enod octauum haberet expiandas, super scriptum vero a glossatore targanda, recentius eosi obtrahere nobis, ad expiendas quod neque exire in Erf. aut S. Vict. nomen facit nota Gulielmi.

3. Accusamus ergo nos, Pal. non, & Turing. cogitamus.

4. Ut quod est indignissimum, scelus imperatoris in pavorem exercitus exterrit, & reditatur.) Hoc est lectio S. Vict. ecce abit Pal. non. Erf. Genbl. quod non expiendas esse, unde Gul. eim. conspiciebat, expiendas recte

nisi amamus sumere alterum actiue: & quod non insolens auctoribus prius vulgabatur, indignissimum scelus, ut imperator in pavorem exercitus expiendas effriteretur, sensu fatis frigidus, ne quid amplius dicam, ut nostrum vult: exercitus lumen peccata in imperatoris sui.

5. Dic ut se pergit diuturna pace recreare. J. Pal. nonus acque Erf. vix ut possit diuturna pace regredi. Quæ bene?

6. Nefaria ex parte detrahendi. Videtur redireendum quod existat in Pall. omnibus, & vetustis cultis necesse, nisi forte libri reperiatur, in quibus hinc teat alterum.

7. Ermineum agere repulsi, &c. J. Pal. nonus, quoniam non, vere repulsi sum Gemblacensis utrumque admitti, sic utramque agere vere repulsi.

1. C. Vir.

necent, tam inquam, Byzantii, & postea signa illa, & reliqua urbis ornamenta, sanctissime custodita, tenuerunt te imperatore infelicissimo, & a terramo, Galsonine Calventi, civitas libera, & proximis suis beneficiis a senatu, & a populo Rom. liberata, sic spoliata, atque nuda est, ut, mil i. C. Virginius, legatus, vir fortis, & innocens, intervenisset, unum segnum Byzantii ex maximo numero nullum haberet. Quod fanum in Achaea, qui locus, aut lucus in Graecia tota, tare sanctus fuit, in quo ullum simulacrum, ullum ornamentum reliquum sit? Emisi a foedissimo tribuno plebis, tum in illo naufragio hujus urbis, quam tu idem, qui gubernari debueras, everteras: tum, inquam, emisti grandi pecunia, ut tibi de pecuniis creditis Ius in liberis populis contra senatus consultum, & contra legem generi cui dicere liceret. Id ematum ita vendidisti, ut aut Ius non dicores, aubonis civis Rom. evertentes, & quorum ego nihil nunc, patres conscripti, in hominem ipsum: de provincia dispuo. Itaque etiam illa, quæ & Isepe audistis, & tenetis animis, etiam si non audiatis, prætermitto: nihil de hac ejus urbana, quam ille praesens in oculis vestris, mentibusque defixit, audacia loquitur: nihil de superbia, nihil de contumacia, nihil de crudelitate dispuo. lateant libidines ejus illa tenebrosa, quas fronte, & supereilio, non pudore, & temperantia contegitas: de provincia, quod agitur, id dispuo. Huic vos non summittetis? hunc diutius manere patiemini? cuius, ut provinciaria tergit, sic fortuna cum improbitate certavit, ut nemo posset, 4 utrum posterior, an inferior esset, judicare. An vero in Syria diutius est Semiramis illa retinenda? cuius iter in provinciam fuit ejusmodi, ut Rex Ariobarzanes confulem vestrum ad cædem faciendum, tanquam aliquem Threcom conduceat. Deinde adventus in Syriam primus, equitatus habuit interitum: post concilia sunt optimae cohortes. Igitur in Syria, imperatore illo, & nihil aliud auctum sit, nisi & pacatores pecuniarum cum tyrannis, decisiones, direptiones, latrocina, cedes, cum palam populi Romani imperator, intructo exercitu, dexteram tendens, non ad laudem milites & hortarentur, sed omnia sibi & emia, & emenda esse clamaret. jam vero publicanos miserios (me etiam miseriua, illorum ita de me meritorum miseria, ac dolore) tradidit in servitum Judæis, & Syris, nationibus natu scritutu. Statuit ab initio, & in eo perseveravit, jus publicano non dicere: pactiones sine ultra injuria justas rescidit: custodias sustulit, vestigiale multos, ac suspendarios liberavit, quo in oppido ipse esset, aut quo veniret, ibi publicanum, aut publicani seruum esse vetus, quid multa? crudelis habetur, si in hostem animo fuisset eo, quo fuit in civis Rom. ejus ordinis presentis, qui est semper dignitate sua, benignitate magistratus sustentans. Itaque videtis, patres conscripti, non temeritate redemtionis, aut negoti gerendi insecitia, sed avaritia, superbia, crudelitate Gabini, panem afflictos jam, atque eversos publicanos: quibus quidem vos, in his angustiis traxi, tamen subve-

natis necesse est: et si iam multis non potestis: qui proprie*tilium hostem senatus, inimicissimum ordinis equitum, bonorumque omnium, non solum bona, sed etiam honores, militi deperdiderunt: quos non parsimonia, non continentia, non virtus, non labor, non splendor rueri potuit contra illis helluonis, & prædonis audaciam.* Quid se etiam nunc subsidis patrimonii, aut amicos liberalitate sustentant, hos perire patiemur? An, si qui frui publico non potuit per hostem, hic regitur ipsa lege censorie: quem is frui non finit, qui est, etiam si non appellatur hostis, huic ferri auxilium non oportet? Refinetur igitur in provincia diutius eum, qui de sociis cum hostibus, de civibus cum locis faciat pactiones: qui hoc etiam se pluris est, quam collegam, putet, quod ille vos tristitia, vulnus deceperit, ipse numquam se minus, quam erat, nequam esse simularit. Piso autem alio quodam modo gloriar, se brevi tempore perfecisse, ne C. Gabinius, unus omnium nequissimus existimatetur. Hoc vos de provinciis, si non aliquando deducendi essent, deripiendos non putaretis: & has duplices pesteis sociorum, militum cladeis, publicanorum ruinas, provinciarum vastitates, imperii maculas, teneretis? At idem vos, anno superiori hos eosdem revocabatis, cum in provincias jam pervenissent, quo tempore si liberum velutum judicium fuisset, noctes dilata res, nec ad extremum è manibus erupta esset: restituissestis, id quod cupiebatis, vestrum auditoriatem, iis, per quos erat amissa, revocatis, & his ipsis præmissis extortis, qua erant pro scelere, atque eversione patriæ consecuti. Quam poena si tum aliorum opibus, non suis, invitissimi vobis, evolauint: ut aliam multa majorem gravioresque subierint. que enim homini, in quo aliquis si non fama pudor, at suplicii timor est, gravior pena accidere potuit, quam non credi literis iis, quæ tenet bene gestam in bello nuntiarent? Hoc statutus senatus, cum frequens supplicationem Gabinius denegavit: primum, homini, sceleribus, flagitis contaminatissimo, nihil esse credendum: deinde à preditore, atque eo, quem praetatem hostem reipublicæ cognosset, bene rem geri non potuisse: postrem, ne deos quidem immortale veile aperte sua templis, & sibi supplicari hominis impurissimi, & sceleratissimi nomine. Itaque ille alter, aut ipse est homo doctus, & à suis Græcis subtilius eruditus, quibuscum iam in exostra helluat, antea post sipparium solebat: aut amicos habent prudenses, quam Gabinius, cuius nulla littera perferuntur. Hosce igitur imperatores habebitur in quorum alter non audet nos certiores facere, ne imperator appetetur: alterum, si tabellati non cessarint, necesse est paucis diebus prœnitem audire: cuius amici siquies sunt, aut bellum tam immani, tamque tætere possunt ulli esse amici, hac consolatione utiatur, etiam T. Albücio supplicationem hunc ordinem denegasse. *ii. Quod est primam dissimile. res in Sardinia 12 cum mafstratis latrunculis à prætori*

7. C. Virginius. J. Si scriptis standum est, rescribendum Virgilium. ita enim Pall. Gembl. & S. Vida.

2. Quorum age nihil nunc P. C. in hominem ipsum, de provincia, &c.) Restituit hunc locum ex Pal. nono: nec abit S. Vict. nisi quod adhuc habeat dies, vulgata enim nihil dies nunc P. C. hinc in ipsum relinquit: de proposito incipit.

3. *Hic res non submittit hunc dimines, &c.*) S. Vict. non agne seit negativam, quod placet Gulielm., et si seire submittit etiam extensis ad missionem successoris, verum cum illud non existerit, Pall. id mutarum cum quarto in num. certe orationis numeri tale quid requirunt.

4. *Vetus posterius, infelix, &c.*) Aufus tum locum, num dare vo- sit isti, quod existeret in olim editissim Pallian Abula? ex pro. neque mi- nus quadrages, quam suppositione illud dister. nam Lambinus propositus, conjecturam ejus sapit: consulatur Turneb. lib. xx. A. vers. cap. 9. antea etiam orobraria conjectura neoriticorum, nam edid. vesp. in recta.

5. *Nihil aliud aliam est.*) Pal. & S. Vida liber, item olim cusi, nihil aliud nunc aliam est: pro quo nobis oblitus Lambinus, nihil aliud usque aliam est: quod non satiatiscit maluimus usque, sed aliud adhuc quid la- set.

6. *Paktiones pecuniarum cum tyranno.*) Pal. nonus verbo amplius, p. Rioni pecuniarum magis cum tyranno. supra etiam, ubi est igitur in Syria, idem missi, omnes agnoscunt Syriam aut Subem.

7. *Honores, glorie, clamares.*) Meliores membranæ, horribiles sed, & clamares, neque obiectendum erat.

8. *Hab. duplex pector, &c.*) Lambinus asseverat hanc esse lectioem omnium temporum: sed fallitur. Pal. omnes pector non um tecinent vulgatum publicatum. verum eam ejeci, quod altera item extaret in S. Vida. item Erfurde off.

9. *Quam penam si res alienum.*) Mf. nostri omnes, q. a. p. n. nisi quod Pal. nonus, que p. n. & tamen octava, etiam, & n. etio. an non melius, quam pend.

10. *In exostra helluat.*) Sic etiam potissimum librorum nostrorum de qua voce consulatur Turneb. lib. xx. A. vers. cap. 9. antea etiam orobraria conjectura neoriticorum, nam edid. vesp. in recta.

11. *Quid est primam dissimile, &c.*) Gembl. S. Vict. Pal. nonus, quid unde dicitur egit Gul. clm; Quid est ppterum diss.

12. *Cum mafstratis latrunculis.*) Interpretatio petenda à Turneb. d. c. g. I. Hit

Priore una cohorte auxiliaria gesta, & bellum eum maximis Syris gentibus, tyrannis, consulari exercitu, imperio confectum. deinde Albusius, quod à senatu, ptebat, ipse sibi in Sardinia ante decreverat. constabat enim, Gracum hominem, ac levem, in ipsa provincia quasi triphas. Itaque hanc ejus temeritatem senatus supplicatione denegata notavit. Sed fruatur sanè hoc solatio: atque hanc insignem ignominiam, quoniam uni, præter se, inuita est, putet esse leviorem; dummodo, cujus exemplo se consolatur, ejus exitum exspectet: prædictum cùm in Albusio nec Pisones libidines, nec audacia Gabinius fuerit: hac tamen una plaga conciderit, ignominia senatus. Atqui duas Gallias qui decernit consulibus duobus, ihos retinet ambo: qui autem alteram Galliam, & aut Syriam, aut Macedoniam, tamen alterum retinet, & in utriusque pars selevo disparem conditionem facit. Faciam, inquit, illas prætorias, ut Pisoni, & Gabinius succedatur statim. Si hic finiat. Tum enim tribunus intercedere poterit, nunc non potest. Itaque ego idem, qui nunc consulibus iis, qui designati erunt, Syriam, Macedoniamque decerno, decernam easdem prætorias, ut & prætores annas provincias habeant, & eos quam primam videamus, quos animo & quo videre non possumus. Sed mihi credite: numquam succedetur illis, nisi cum ea lege referetur, qua intercedi de provinciis non licet. Itaque, hoc tempore amissio, annus est integer vobis expellendus: quo interjecto, civium calamitas, lociorum summa, sceleratissimorum hominum impunitas propagatur. Quod si essent illi optimi viri, tamen ego mea sententia C. Cesari succedendum nondum putarem. Quia de te dicam patres conscripti, quod sentio, atque illam interpellationem mei familiarissimi, qua paullo ante interrupta est oratio mea, non perirem scam, Negat me vir optimus inimicorem Gabinius debere esse, quam Cesari. omnem enim illam tempus, cui cesserim, Cesare impulso, atque adjutore esse excitata. Cui si primum sic respondeam, me communæ utilitatib[us] habere rationem, non doloris mei: possumne probare, cum id me facere dicam, quod exemplo fortissimorum, & clarissimum civium facere possum? An non T. Gracchus, (patrem dico, cujus utinam filii ne degenerassent a gravitate patria) tantam laudem est adepiu, quod tribunus plebis solus ex toto illo collegio L. Scipioni auxilio fuit, inimicissimus & ipsius, & fratris ejus, Africani, juravitque in concione, in patrum non redisse; sed alienum sibi videri dignitate imperii, quod duces essent hostium, Scipione triumphantem, ducti, eodem ipsam ducti, qui triumphasset? Quis plenior inimicorum fuit C. Mario? L. Crassus, M. Scaurus, aliis inimici? omnes Metelli. At hi non modo illum inimicum ex Gallia sententiis suis non detrahebant, sed & propter rationem Gallici belli, provinciam extra ordinem decernebant. Bellum in Gallia maximum gestum est: domit[us] sunt à Cesare maxime nationes, sed nondum legibus, nondum iure certo, nondum fatis firma pace devulsa. bellum affectum videmus, & vere ut dicam, p[ro]xime confectum: sed ita, ut, si idem extrema persequitur, qui inchoavit, iam omnia perfecta videamus. si succeditur: periculum sit, ne instauratas maximi belli reliquias, ac renovatas audiamus. Ergo ergo senator, inimicus, si ita vultis, homini; amicus esse, licet semper fui,

reipublicæ debo. Quid, si ipsas iniurias depono reipublicæ causa? quis me tandem jure reprehendat? præsentim cum ego omnium meorum consiliorum, atque factorum exempla semper ex summorum hominum factis mihi censuerim petenda.<sup>3</sup> Au[tem] M. ille Lepidus, qui bis consul, & pontifex maximus fuit, & non solum memoria & testimonia, sed etiam annalium litteris, & summi poëtae voce laudatus est, quod cum M. Fulvio collega, quo die censor est factus, homine inimicissimo, in campo statim redit in gratiam, ut commune officium censuræ communi animo, ac voluntate defenderentur. Atque, ut vetera, quæ sunt innumerabilia, mittam: tuus pater, Philippe, nonne uno tempore cum suis mimicissimis in gratiam redit? quibus eum omnibus eadem republica reconciliavit, qua alienat. Multa prætero, quod intueor coram hac lumina, atque ornamenta reipublicæ P. Servilium, & M. Lucullum, (et utinam etiam L. Lucullus ille viveret.) Quæ fuerunt iniuriae graviores in civitate, quam Lucullorum, atque Serviliorum? quas in viris forfissimis non solum extinxit republica dignitas, & ipsorum; sed etiam ad amicitiam, coniunctitudinemque traduxit. Quid? Q. Metellus Nepos, nonne consul in templo Jovis optimi, maximi, permotus cum auctoritate vestra, tum illius P. Servilii incredibili gravitate dicendi, absens mecum, summo suo beneficio, redit in gratiam? An ego possum huic esse inimicus, cuius litteris, fama, nuntius, celebrantur aures quotidie meæ novis nominibus gentium, nationum, locorum? Ardeo, mihi credite, patres conscripti! Id quod vosmet de me existimat, & facitis ipsi! incredibili quodam amore patres, qui me amor & subvenire olim impudentibus periculis maximis cum dimicacione capit, & rursus, cum omnia tela undique esse intenta in patriam viderem, subire coegerit, atque excipere unum pro universis. hic me meus in rem publicam animus pristinus, ac perennis, cum C. Cesare reducit, reconciliat, restituit in gratiam. Quod volent denique, homines existimant; NE MINI EGO POSSUM ESSE BENE DE REPUBLICA MERENTI NON AMICUS. Etenim si iis, qui hac omnia flamma, ac ferro delere voluerunt, non inimici sunt, sed etiam bellum indixi, atque intuli, cum partim mihi illorum familiares, partim etiam, me defendente, capit[us] judiciis essent liberati: cur eadem res publica, qua me in amicos inflammar[us] potuit, inimici placere non possit? Quod mihi adhuc cum P. Clodio fuit, nisi quod perniciolum patrix civem fore putabam, qui turpisima libidine incensus, duas res sanctissimas, religionem, & pudicitiam uno fecelere violasset? Num est igitur dubium ex iis rebus, quas is egit, agitque quotidie, quin ego, in illo oppugnando, reipubl plus, quam oio meo: nonnulli, in eodem defendendo, suo plus oio, quam communis, prospicerint? Ego me à Cesare in republica disensiisse fateor, & sensisse vobiscum: sed nunc iisdem vobis assentior, cum quibus ante sentiebam. Vos enim, ad quos litteras L. p[ro]prio de suis rebus non audetmittere: qui Gabinius litteras in igni quadam nota, atque ignominia nova condemnatis, C. Cesari supplications decrevisisti, numero, & ut nemini ulli ex bello honoré, ut omnino nemini. Cur igitur exspectem hominem aliquem, qui me cum illo in gratiam reducat? reduxit ordo amplissimus, & ordo is, qui est & publici consilii, & meorum omnium consilio-

N N 4 rum

1. Hoc retinet amb. Ita Lambinus, sive exemplaris S. Viæt cui respondet Pallonus antiquæ pro ambabus in vulgaris.

2. An nos Tiburio Gracchus. Periodum hanc posteriores editiones distinxerant, revocavi hec in locum, & volenter omnibus nullis, nec non edd. præfici, etiam Petri Victorij, quæ i[n] forte sibi arcessit Lambinus, ut tamen facit.

3. A viri M. ille Lepidus. Reduxi scripturam olim eosam, firmatamque Pall. post impressum ad seu M. male.

4. Non solum membra & testimonia. Sic Pallonus, responderetque Placcius S. Viæt vulgaria, membra & testimonia.

5. Utinam etia L. Lucullus ille viveret. Lectionem hanc damnant editi libri antiquariorum, item script. nostril. illi preferunt ille deservit, his iste forecepsit quod Pallonus & S. Viæt desiderat non liber aut licet inquieto in anum quo obiit: sed tamen ex his facile quis fixerit, utnam etiam L. Lucullus ille se faveret, feliciter intueri. Aha[ec] liber præliter rexit, quod etiam habet quo se taceat.

6. Ut nemini non ex bello. Invito delevi lectionem receptam, sed cogit me Pall confessus minime dicens, & que dites S. Viæt prius erat illi.

rum auctor & princeps. Vos sequor patres conscripti: vobis obtempore, vobis assentior: qui, quandiu C. Caesaris consilia in republica non maxime diligebatis, me quoque cum illo minus coniunctum videbatis. Postea quā rebus gestis mentis vestras, voluntateisque mutastis: me non solum comitem esse sententia vestra, sed etiam laudatoriū vidistis. Sed quid est, quod in hac causa maxime homines admirentur, & reprehendant meum consilium, cū ego idem anteā multa decreverim, quā agis ad hominis dignitatem, quam ad republicā necessitatē pertinenter? Supplicationem quindecim dierum decrevi sententia mea Reip. latī erat tot dierum, quot C. Mario. Dīs immortalibus non erat exigua eadem granulatio, quā ex maximis bellis. Ergo ille cumulus dierum, hominis est dignitati tributus. In quo ego, quo consule referente, primum decem dierum supplicatione decreta. Cn. Pompejo, Mithridate, interfecto, confecto Mithridatico bello, cuius tentativa primum duplicita est supplicatione consularis (mīhi enim estis aīlētū, cūm ejusdem Pompejī litteris recitatis, confectis omnibus maritimis, terrestribusque bellis supplicationem dierum duodecim decrevitis) sum Cn. Pompejī virtutem & animi magnitudinem admiratus, quōd, cum ipse ceteris omnibus esset omni honore antelatus, ampliorem honorem alteri tribubat, quam ipse erat consecutus. Ergo in illa supplicatione, quā ego decrevi, res ipsa tributa est diis immortalibus, & majorum institutis, & utilitatē reipublicae, sed dignitati verborum, honoris, & novitatis, & numerus dierum, Cæsar, ipsius laudis, gloriaque concessus est. Relatum est ad nos nuper de vivendo exercitus, non decrevi solum, sed etiam, ut vos decepereretis, laboravi: multa disidentibus repondi: scribendo affui, tum quoque homini plus tribui, quām necio cui necessitati. illū enim arbitrabar etiam tñne hoc subūlio pecunia: retinere exercitū p̄rā da ante patia, & bellum confidere posse: sed decus illud, & ornamentum triumphi, minuendū nostra parsimonia non p̄suavī. Actum est de decem legatis, quos illi omnino non dabant, alii exempla querabant, alii tempus differabant, alii sine ullis verborum ornamentis dabant, in ea quoque res sic sum locutus, ut omnes inteligerent, me id, quod reipublica causa sentire, facere uberior propter iplius Cæsarii dignitatem. At ego idem nunc in provincia, decernendis, quā illas omnes res egī, silentio interplexus: cum superioribus causis hominis ornamenta fuerint, in has me nihil aliud nisi ratio beli, nisi lumma utilitas reipublica moveat. Nam ipse Cæsar, quid est, cur in provincia commorari velit, nisi ut ea, quā per eum affecta sunt, perfecta reipublice tradantur? Amoenus cum, credo, locorum, urbiū pulchritudo, hominum, nationumque illarum humanitas, & lepos, victoriae cupiditas, finium imperii nostri propagatio retinetur. Quid illis terris aperius? quid incutius oppidis? quid nationibus immanius? quid potius toti viatoris praetabilius? quid Oceano longius inveneri potest? An reditus in patriam habet aliquam officionem? utrum apud populum, a quo missus: aī apud senatum, a quo ornatus est? an dies auge eus desiderium? an m̄gis oblivionem, ac laetitia illa magnis periculis parta, amittit longo intervallo viriditatem? Quare, si qui hominem non diligunt, nihil est, quid cum de provincia devocent, ad gloriam devocant ad triumphum, ad gratulationem, ad finium honorem senatus, equestris ordinis gratiam, populū cantatem. Sed, fratre hac tam eximia fortuna pro-

pter utilitatem reipublicae frui non properat ut omnia illa conficiat: quid ego senator facere debeo, quem, etiam si ille aīud vellet, reipublica confidere oportere? Ego vero sic intelligo, patres conscripti, nos hoc tempore in provinciis decernendis, perpetua pacis habere oportere rationem. nam quis hoc non sentit, omnia alia nobis esse vacua ab omni periculo, atque etiam ab omni suspicione belli? 2. Jamdui mare videmus illud immensum, cuius fervore non solum maritimi cursus, sed urbes etiam, & via militares iam tenebanur, virtute Cn. Pompejī sic à populo Rom. ab Oceano usque ad ultimum Pontum, tanquam unum aliquem portum, tutum, & clausum teneri: nationes eas, quā numero hominum, ac multitudine ipsa portarent in provinciis nostris redundare, ita ab eodem, esse partim recitas, partim repressas, ut Asia, quā imperium antea nostrum terminabat, nunc tribus novis provinciis ipsa cingatur. Possumus de omni regione, de omni hostium genere facere. nulla gens est, 3 quā non aut ita subacta sit, ut vix exstet: aut ita domita, ut quiescat: aut ita pacata, ut Victoria nostra, imperioque latetur. Bellum Gallicum, patres conscripti, C. Cæsare imperatore, gestum est, amantummodo repulsum, semper illas nationes nostri imperatores refutandas potius bello, quām lacescendas putaverunt. Ipse ille C. Marius, cujus divina, atque eximia virtus, magnis populi Rom. luctibus, funeribusque subvenit, influente in Italiam Gallorum maximas copias repressit, non ipse ad coram urbēs, sed eiusque penetravit. Modò ille meorum lachrymā, periculorum, consiliorum fociūs, C. Pomponius, fortissimus vir, orum repente bellum Allobrogum, atque hac scelerata conjuratione excitatum, prolixi fregit, eosque domuit, qui lacesciant: & ea Victoria contentus, republica metu liberata, quiete. C. Cæsar, longe aliam, video tuisse: rationem, non enim sibi solum cum iis, quos jam armatos contra populum Romanum videbat, bellandum esse duxit, sed rotam Galliam in nostram dominū esse redigendam. Itaque cum accerrimis nationibus, & maximis, Germanorū, & Helvetiorū, p̄ciliis felicissime deceravat: 4 celeras contrivit, domuit, compulit, imperio populi Romani parete asuefecit, & quas regiones, quasque gentes nullā nobis antea littere, nulla vox, nulla fama nota fecerat, has nostre imperatores, nosque exercitus, & populi Romani arma præparavimus. Semitam tantum Gallia tenebamus antea patres conscripti: ceteræ partes à gentibus aut inimicis huic imperio, aut infidis, aut incognitis, aut certè inmanibus, & barbaris, bellicosis tenebantur: quas nationes nemo unquam fuit, qui non frangi, domarique cuperet: nemo saipiente de republica nostra cogitavit iam inde à principio hujus imperii, quin Galliam s. maximè timendam huic imperio putaret: sed propter vim, ac multitudinem gentium illarum, numquā est antea cum omnibus dimicatum. restitutus (semper facilius) nunc denique est perfectum, ut imperii nostri, terrarumque illarum idem esset extrāmum. Alpibus Italianam munitar antē natura, non sine aliquo divino nomine, nam, si ille aditus Gallorum immunitat, multitudinque patuerit: numquam haec urbs summō imperio dominium, ac sedem præbuerit; qua jaur licet confidant, nihil est enim ultra illam altitudinem montium usque ad Oceanum, quod sit Italia perfumescentum. Sed tamen una atque altera aītas, vel metu, vel spe, vel poena, vel præmis, vel armis, vel legibus potest totam Galliam semper vincula adstringere, impolita verō res, & acerbæ si erant.

1. Nam quis ne hic statuit? Sic editio Victorii, neque aliter Pall. recentius cultus, tempore sua sentit, inepte.

2. Iam diū mare videmus. 3. Quidam codices mss. illud, iam diū adpli- cant interrogacioni priori, quidam habent. Iadū mare, haud tam- putem subesse oculous ulcus.

4. Qua non aut ita subacta sit.) Non displiceret quod reperi in Pall. nono & Gembi. subacta sit. gens enim subacta non etiam una absorbita est.

4. Ceteras contrivit, domuit, compulit, &c. Ita collocat Pall. nono: qui tamen haberent ceteras præterito antiquoscui proximè accedunt Gembi, ac Vict. in quibus ceteras Lambinus utrumque illud mutavit in cetera dicit.

5. Maxime timendum huic imperio putari.) Liber S. Vict. Ahal. 2. Pall. nono, deputates & vix improbem.

1. Quamquam

feruntur relictis. 3 quamquam sunt abscissa, tamen effarent se aliquando, & ad renovandum bellum revirescent. Quare sit meus tutela Galilia, cuius virtuti, fidei, felicitati commendata est. Etenim si fortuna munieribus amplissimis ornatus, sivepius ejus deos periculum facere nollet: si in pattiā, si ad deos genateis, si ad eam dignitatem, quam in civitate suis proposiciam vider, si ad iucundissimos liberos, si ad clarissimum generum redire properaret: si in Capitolium invenie viator, cum illa insigni laurea gefitit: si denique timere calum aliquem, qui illi tamē addere jam non potest, quantum auferre: vos tamen oportet ab eodem illa omnia, à quo profugatis sunt, confici velle. Cum vero ille sita glorie amplexim, reip, nondum satistiterit, & malit tamen tardius ad suorum laborum fructus pervenire, quam non ex parte suscepimus reip, munus: nec imperatorem incenium ad temp, bene gerendam revocare, nec totam Galili rationem, prop̄ jam explicatam, perturbare, atque impeditre debemus. Nam illa sententia virorum clariū orūrū minimè probanda sunt: quorum alter ulteriore in Galliam decernit cum Syria, alter cetero, qui ulteriorem: omnia illa, de quibus disserit paulo ante, perturbas: simus ostendit, eam scilicet legem, quam esse legem negat: & quæ pars provincia sit, cui non possit intercedi, hanc te avellere: quæ defensionem habeat, non tangere: simul & illud facit, ut, quod illi à populo datum sit, id non violer: quod senatus dederit, id senator propter auferre. Alter bella Gallici rationem habet: fungitur officio boni senatoris: legem, quam non putat, eam quoque servat: præfinit enim lucefieri diem, qui mihi nihil videatur minus à dignitate, disciplinaque majorum dissidere, quam ut, qui consul Kalendis Januarii provinciam debet: is ut eam defonsam, non decretam habere videatur. Fuerit toto in consulatu sine provincia, cui fuerit, antequam designatus esset, provincia decreta, fortietur, an non? nam & non fortius absurdum est, & quod fortius sis, non habere. Proficisci etiū paludatus? quo? quo pervenire ante certam diem non licebit. Januario, Februario, provinciam non habebit. Kalendis ei denique Martii, nascetur regente provincia. Azamen his sententiis Piso in provincia permanebit. Quia cū gravia sunt, tum nihil gravius illo, si quod militari imperatorem deminutio provinciae, contumeliasum est: neque solum fumino in-viro, sed etiam mediocri in homine, ne accidat, providendum. Ego vos inteligo, P.C. multos decrescisse honores eximus C. Caesar, & prope singulariter; quondam meritus erat, gratis: sin etiam, ut quam conjunctissimis huic ordinis esset, sapientes, ac divini fuitis. Ne minem umquam est hic ordo complexus honoribus, & beneficis suis, qui ullam dignitatem praefabiliorum ea, quam per vos esset adeptus, putarit. nemo umquam hic potuit esse princeps, qui malueret esse popularis. Sed homines aut propter dignitatem suis diffisi sibi ipsi, aut propter ieiuniorum obtestationem, ab hujus ordinis conjunc-

tione depulsi, sive ex hoc portu se in illos fluctus prope necessario contulerunt: qui si ex illa factione, curisque populari, bene gesta republica referunt ad spectum in ciuitatem, atque huic amplissimæ dignitati commendau esse volunt: non modò non repellendi sunt, verum etiam expetendi. Monemur à fortissimo viro, atque optimo post hominum memoriam coniue, ut provideamus, ne citior Galilia nobis invitatis aliqui decernatur, post eos consules, qui nunc erant designati: perpetuoque pollicac ab illis, qui hunc ordinem oppugnent populari, ac turbulentia ratione tenebantur. 7. Quam ego plagam isti non contemno. P.C. praesertim monitus à plenissimo coniue, & diligentissimo custode pacis, & otii, tamen vehementius arbitrus pertinebendum, si hominum clarissimorum, ac potentissimorum aut honorem minuero, aut studium erga hunc ordinem regudiaro, nam ut C. Julius omnibus a lege eximiuit, aut novis rebus ornatus, per manus hanc provinciam tradat ei, cui minimè vos velitis: per quem ordinem ipse amplissimam sit gloriam consecutus, ei ne libertatem quidem relinquit, adque ad suspicandum nullo modo possum. Poltemus, quo quicquid animo futurus sit, nescio: quid ipse, video, praefatio hoc senatus debeo, quantum possum, se quis vir clarus, aut potens, huic ordinis jure irasci posse videatur. Atque hoc, si intimebam usus essem C. Caesar, sentire, tamen, reip. causa. Sed non alius, aut tacitorum existimatione reprehendar, explicare breviter, quæ mihi literatio, & causa cum C. Caesar. Ac primum illud tempus familiaritatis, & coniustudinis, quæ mihi cum illis quæ fratris meo, quæ C. Varro, confobrio nostro, ab omnibus nostris adolescentia fuit, pratermitto. 10 Posteaquam iū penitus in temp. ingressus, ita dissensi ab illo, ut in disjunctione sententia, conjuncti tamen amicitia maneremus. Consul ille egit eas res, quærum me participem esse voluit: quibus ego si minus affenderet, tamen illius mihi judicium gratum esse debebat. me ille, ut quinqueviratum acciperem, rogavit: me in tribus sibi conjunctissimis consularibus esse voluit: mihi legationem, quæ veleme, quanto cum honore velle, deculit: quæ ego omnia non ingrato animo, sed obstinatione quadam sententia repudiaui, quæ sapientes, non disputerunt: multis enim non probabo: constanter quidem, & fortiter certe: qui cum me firmissimis opibus contrascelus inimicorum munire, & populareis impetus populati præsidio, propulare possem, quoniamvis excipere fortunam, subire vim, atque injuriam, ut alii, quæ aut à vestris sanctissimis mentibus dissidere, aut de meo statu declinare. Sed N O M I S solum gratus debet esse, qui accepit beneficium, verum etiam is, cui potestas accipiendo fuit. Ego illa ornativa, quibus ille me amabat, decere me, & convenire iis rebus, quas gesseram, non potabam. Ille quidem amico animo me habere eodem loco, quo principem civem, suum generum, sentiebam. Tradusit

N n. 5

ad

1. Quamquam sunt abscissa, &c. Toring & Pal. nonus, acīs, meo animo melius.

2. Ad renovandum bellum revirescent. 3. Pal. pr. sec. terti. reviri deſcenſt. S. Vičt. revideſcent.

3. Con illa insigni laurea. M.F. doſtri item S. Vičt. olimque impressi in ſigni laurea.

4. Qui nihil videtur minus à dignitate disciplinaque & aetate difſerere. Ita Pal. omnes, præter nonum, in quo non videtur, disciplinaque majorum difſerere, habentque, que, non quicquid & ita S. Vičt. qui item defluitur illo difſere, tentant heic P. M. natius ac Lambinus, aliter atque aliter, sed quibus nondum possum accedere.

5. Multas imperatorem deminutio provinciae. S. Vičt. domini anno, quod annuit Gulielmo.

6. Singulariter, quod ita meritis etas gracis pro etiam, &c. efficiunt sapientes ad eius ſuſſū. Hanc lectionem ante trigesima annos, produxit Gulielmus in quatuoribus Plautinis, Mercatoris cap. v. ex membranis Gemblac Toring, quorum auctoratatem firmitatem Pal. nonus, habuit ipse Ianus locum pro integrare, a. at minimi adhuc syllaba decessit videtur,

abſorpta à voce præcedenti, scribendum littera una minus: *Singulareis*, & quod ita meritis etas gracis pro etiam, &c. efficiunt sapientes ad eius ſuſſū.

7. Quam ego plagam isti non contemno, &c. Videlicet attendisse Gulielm. scripturam Gemblacensem, in quo palea, quod & inveni in Pal. nonus, fed quid hec pale illa velit, nondum adsequor. Subſes ei figuratum quippano video, verum quicquid non video.

8. Eximiuit aut non rebus. Ita S. Vičt. & Pal. nonus, non ac ut retrahunt, nec est quod Lambinus oggerat nobis his tristis, intelligit enim res aut præstantia, aut novitate insignes.

9. Aut tacitorum existimatione. Et lectio plerorum que Pall. dicerem, omnium si nonnulli non præferunt existimationem, habentque & Gemb. & S. Vičt. vulgariter, tacita existimatione quod ne quidem in edd. primis. Pal. nonus solum habet, aut existimatione quod forsan genuinum est.

10. Pista quæ sum penitus in temp. ingressus. Nescio cor Lambinus, ejecit libens suis geminis, hoc fecit, existans in edd. alia & politis missis.

4. 55

ad plebem inimicum meum : sive iratus mihi, quod me  
secum ne beneficiis quidem videbat posse conjungi : sive  
exoratus. Ne hoc quidem fuit injurya, nam postea me, ut  
sibi esset legatus, non solum suavit, verum etiam rogavit.  
Ne id quidem acceperit : non quo alienum mea dignitate ar-  
bitratur, sed quod tantum reipub. sceleris impendere a  
consulibus proximis non suscipiat. Ergo adhuc magis  
est mibi verendum, ne mea superbia in illius liberalitate,  
quam ne illius injurya in nostra amicitia reprehendatur.  
Ecce illa tempesta, caligo bonorum, & subita, atque  
improvisa formido, tenebris reipublice, ruina, atque incendiis civitatis. terror injectus Cæsari de ejus actis, me-  
tus cadiis bonis omnibus: consulum scelns, cupiditas, ege-  
stas, audacia. 1 Si non sum adjurus; non debui. si defer-  
sus: sibi fortasse providit. si etiam oppugnatus, ut quidam  
aut putant, aut volunt: violata amicitia est: accepi inju-  
riam, inimicus esse debui, non nego. sed, si idem ille tum  
me salvum esse voluit, cum vos me, ut carissimum filium  
desiderabat: & si vos idem pertinere ad causam illam  
putabatis, voluntatem C. Cæsaris a salute mea non abhor-  
bere: & si illius voluntatis genetum ejus habeo testem,  
qui idem Italiam, in municipiis, populum Romanum in  
concone, vos, mei semper cupidissimos, in Capitio, ad  
meam salutem incitavistis: si denique Cn. Pompejus idem  
mihi resili de voluntate Cæsaris, & sponsor est illi de mea:  
noone vobis videor & ultimi temporis recordatione, &  
proximi memoria: medium illud tristissimum tempus debere,  
si ex rerum natura non possem evellere, ex animo  
quidem certè excidere? Ego vero, si mibi non licet per  
aliquos ita gloriari, me dolorem, atque inimicitias meas  
reipubl. concessisse, quod magni cujusdam hominis, &  
perspicientis videatur: utar hoc, quod non tam ad laudem  
adipiscendum, quam ad vitandam vituperationem valet,  
hominem me esse gratum, & non modo tantis beneficiis,  
sed etiam mediori hominum benivolentia commoveri.  
A viris fortissimis, & de me optime meritis quibusdam  
peto, ut, si ego illos meorum laborum, & incommodo  
rum participes esse nolui, ne illi me suarum inimiciorum  
socium velint esse, praesertim cum mihi idem illi conces-  
serint, ut etiam acta illa Cæsaris, que negue oppugnavi  
antea, neque defendi, meo jam jure possim defendere.  
Nam sumini civitatis viri, quorum ego consilio temp. con-  
servavi, & quorum auctoritate illam conjunctionem Cæ-  
saris fugi, Julius leges, & ceteras, illo consule, rogatas,  
jure latas negant. idem illam proscriptionem capit is inci-

contra salutem reipubl. sed salvis auspiciis rogatam esse  
dicebant. Itaque vir summa auctoritate, summa eloqua-  
tia, dixit graviter, easum illum meum, funus esse reipubl.  
sed funus justum, & indistinctum, mihi ipsi omnino peh-  
norificum, discessum meum funus dici reipubl. Reliqua  
non reprehendo: sed mihi ad id, quod tentio, assump-  
nam, si illud jure rogatum dicere ausi sunt, quod nullo  
exemplio fieri potuit, nulla legelicit, quia nemo de celo  
servarat: oblitus erant, tum, cum ille, qui id egerat, ple-  
bejus est lege curiata factus, dici de celo esse servatum:  
qui si plebejus omnino esse non potuit, qui tribunis pleb.  
potuit esse? & cuius tribunatus si ratus est, & nihil est,  
quod irritum ex actis Cæsaris possit esse: ejus non solum  
tribunatus, sed etiam pernicioseissima res, auspiciorum re-  
ligione aonervata, jure lata videbuntur? Quare a vobis  
statuendum est, legem Aliam manere, legem Fusiam non  
essi abrogatam, non omnibus fastis legem ferilicere: cum  
lex feratur, de celo servari, obnuntiari, intercedi licere:  
cenorum judicium, ac notionem, & 3 illud mortuorum seve-  
rissimum magisterium, non esse nefaris legibus de civi-  
te sublatum: si patricius, tribunus pleb. fuerit, contra leges  
sacras: si plebejus, contra auspicia fuisse: aut mihi con-  
cedant homines oportet, aut in rebus bonis non exquirere  
jura ea, qua ipsi in perditis non exquirunt, praesertim cum  
ab illis aliquoties conditio C. Cæsari latet sit, ut easdem  
res alio modo ferret: quia conditione auspicia requirebant,  
leges comprobabant: in Clodio auspiciorum ratio sit ea-  
dem, leges omnes sint eversa, ac perdita civitatis. Ex-  
tremum illud est. ego, si essent inimicitia mibi cum C.  
Cæsare, tamen hoc tempore reip. consulere, inimicitias  
in aliud tempus reservare debarem, possem etiam sum-  
morum virorum exemplo inimicitias reipubl. causa de-  
ponere: sed, cum inimicitia fuerint numquam: opinio  
injurya, beneficio sit extincta sententia mea, P. C. si di-  
gnitas agitur C. Cæsaris, homini tribuam: si honos qui-  
dam, senatus concordia consulam: si auctoritas decte-  
torum vestrorum, confiantiam ordinis in eodem oman-  
do imperatore servabo: si perpetua ratio Gallici belli,  
reipubl. providebo: si aliquod meam privatum officium,  
me non ingratum esse præstabam. Atque hoc velim probare  
omnibus, patres conscripti: sed levissime feram, si forte  
aut iis minus probaro, qui meum inimicum, repugnante  
vestra auctoritate, texerunt: aut iis, si qui meum cum ini-  
mico suo redditum in gratiam vituperabunt, cum ipsi, & cum  
meo, & cum suo inimico in gratiam non dubitarint redire.

M. TUL-

1. Si non sum adjurus, non debui.] Vulgata debuit. sed contra Pall. Aha-  
bque librum, item S. Victoris.

2. Nihil est quod irritum ex Cæsaris. &c.] Lambinus addita negatione,  
quod non irritum, &c. sed irritum libris.

3. Et illud merum severissimum magisterium.] Restat & istud in Pal. nono  
& Turing. item S. Victor. expreſſius Petrus Victorius. Vulgata &  
illud merum severissimum magisterium.